

Gartz, Theodoricus à. 1650. Dec. 25. 77. Geb. Tag.

93.

GRATÆ GRATES,
ET VOTIVÆ PRECES,
PRO SERVATO, ET SERVANDO,
MAGNIFICO ET PRÆMINENTE
VIRO,

Dn. THEODORICO à GARTZ,
In Ritze;

Amplissimi in Inclita Vratislav. Rep.
Collegii Senatorii,

PRÆSIDE PRÆSIGNI MERITISSIMOQUE;

Cum Extremo Anno C. N. clb Ibc L.

XXV. DECEMBRIS JULIANI,

IPSO DOMINICO NATALI,

SUUM QUOQUE NATALEM,
SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM
FELICITER AUSPICARETUR;

RITE CONCEPTÆ,

AC REVERENTER EXHIBITÆ

A

CHRISTOPHORO COLERO.

VRATISLAVIÆ,
Typis BAUMANNIANIS,
per GOTTFRIDUM GRÜNDERUM.

QUOD BONUM, FAUSTUM, FORTUNATUMQ. SIT,

S. P. Q. V.

OPTIME PRÆSES,

PATER PATRIÆ,

PIE, JUSTE, LENIS MODERATOR REIP.

SEMO TUI PRÆNOMINIS,

THEODORICE GARTZI,

HAVE, ET DIEM HUNC NATALEM,

CUM DOMINICO TIBI COMMUNEM,

RITE CANDIDO COMPUTA CALCULO.

EN PATRONE MAGNE,

PRO DEBITO MUNERE NATALITIO,

AUT PERPETUO AC VICTURO CARMINE,

A DEVOTISSIMO CLIENTE,

HOC QUICQUID ET QUÆCUNQ. EST OPELLÆ,

DESULTORIO SPIRITU, ET TUMULTUARIA

CURA,

CONCEPTUM ET DEDUCTUM,

HILARI FRONTE RESPICE,

ET MENTE BENEVOLA CAPESSE:

PROPENSAM MAGIS OFFERENTIS VO-

LUNTATEM,

QUAM IMPOTENTEM AUCTORIS

FACULTATEM,

BONI ÆQUIQ. CONSULENS.

VALE. VIVE. VIGE. DIUTISSIME.

CANE TRISECLISENEX NESTOR NUME-

ROSIORE ANNIS.



545204



PAEAN GENETHLIACUS.



Alveat festiva dies, dierum

Summa, Natali DOMINI beata,

Quâ Salus nostro generi refulsit

Hoc Duce Nato.

Hanc notâ lucem meliore signo,

Quod DEI donum locuples, feraci

Copiæ cornu dederit fruendum

Ætheris aula.

Hac die Grates resonet Senatus

Breslicus Christo, Populusque gratus,

Fœminæ Vir, cum Pueru Puella

Concinat hymnum.

Marchiæ donum patriæ negatum,

GARTZIUM dono Bonitas Jehovahæ,

Urbium misit tibi Slesicarum

Mater amœna.

Hic Pater Matris patriæ secundæ,

Mente prospexit sapiente rebus,

Deque communi meruit salute

Debita vota.

A 2

Ur-

Urbicæ hoc clavum retinente navis,
Cuncta cunt recto moderata cursu,
Res togæ & belli, Sacra cum profanis,
Publica privis.

Nam pius sensu meliore, vero
De DEO, cultu potiore verum
In DEUM, justus, sapiens, modestus,
Optimus ille,

Curia princeps, Patribus verendis,
Civibus vitâ præit universis;
Cujus exemplo magè, quàm jubendo
Bresla movetur.

Villicus sicut vigilans bonusque,
Primus è stratis rutilante mane
Surgit, & penso cubitum peracto
Ultimus ibit.

Sic magistratûs varios capesfens,
Duxit infomnes requiete noctes,
Et die seras jugulavit horas
Mole laborum.

Omnium somnos vigilans tuetur
Cura, cunctorum labor ejus actus
Ocium, curam genii remisit in-
dustria solers..

Qua

Qualis in vasto Palinurus alto,
Fixus ad clavum, & sine fine adhærens,
Nullibi amisit, retinens ocellos
Lucida ad astra.

Talis ascendens Moderator ille,
GARTZIUS Spartæ gradibus virilis,
Univerforum reputans salutem
Impiger egit.

Sensit hoc coetus quoque singulorum;
Ordo Templorum sacer, & Scholarum,
Pauperes Musæ, Viduæque & Orbæ
Sortis alumni.

Si gerit quandoque animum remisum,
(Attamen nunquam videas solutum)
Dulcibus sese recreat Camœnis
Voce lyrâque.

Pervigil quicquid canit ille GALLUS,
Delii in castris, patriæque Confus,
Quem SILESORUM faciet perennem
Gloria VITIS.

AULICUS quicquid melicis Opit
Accinit; lætis Senior Senatus
Quem videt florere oculis virentem
Indole & ævo.

Aut

Aut sibi Musisque canens, Catulli
MAJOR ex docti genio dolatus,
Aut fides FECHNERUS Horatianas
Tangere gnarus.

Ut fores cunctis patuere doctis
Et bonis, sic hæ mihi GARTIANÆ;
Cuncta quæ jussum modularer, ille
Arfit Apollo.

Sic sibi Musas habet obligatas;
Orbis hic quascunque colit Silesus,
Et suo Mater gremio canoras
Possidet Alma.

Seu Viri cœpit celebrare laudes
Suada, sublimi volitans in aurâ;
Seu Preces, Gratesque pias Thalia
Carminè solvit.

Quale districto meletema curis
Nascitur, grates referens Jehovahæ,
Pro reservato melioris ævi
PRÆSIDE rebus.

Quale vel pingui canitur Minervâ,
Cum Preces Votis superaddo Verbis,
Pro reservando Patriæ Saluti
PRÆSIDE SUMMO.

Sit

Sit diu Phœbus radiis coruscans
Juris & Æqui, sine queis tenebræ
Curiam, nimbi, nebulæ, forumque
Nubila opacant.

Sit diu mitis, quasi Luna mollis,
Erigens lapsos, scelerisque puros
Liberans, servans miseros, juvansque
Pondere pressos.

Sit diu nobis amor & voluptas,
Et Pater factis Patriæ benignis,
Præfidens PRÆSES Procerum Coronæ, &
Civibus Urbis.

Sit diu Templis, Scholicis Cathedris,
Pauperum tectis, Viduis, & Orbis
Præfidens, Custos, Dator, & Patronus,
Semoque Præstes.

Mente sit posthac sapiente Nestor,
Et Dices linguâ gravis eloquente;
Ac novâ virtute Aquilæ resumtâ
Nestora vincat.

Ut Dies Nati Domini DEIque,
GARTZIO communis, & ò beata
Nox frequens cunctis redeat canenda
Carminè seclis!

Hoc

Hoc Patres optant , Populique turba,
Hoc sacri Mystæ , Scholici Magistri,
Pauperes, cum tot Viduis & Orbis,
Breslaque tota.

Hoc sit inscriptum Pariis columnis,
Curiaë, cedris, animisque nostris:

SUNT PATRES SALVI, POPULUSQUE
BRESLÆ
PRÆSIDE SALVO.

